Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sententiae generales de opusculis Hieronymi etc. - Cod. Aug. perg. 177

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9.-10. Jh.]

Ad matrem et filiam

urn:nbn:de:bsz:31-12948

Visual Library

& stupenda diuinae dextere mutatio est. quando non solum uiros no
biles. sed & iam matronas tanto cernimus feruore conuerti. ut illae
quae prius in mundiias platearum ferre non poterant. quae eunuchor
manib: portabant. & in aequale solum molestius ascendebant. qui
b: & sericae uestis onera erat. & solis calor incendium. postea sor
didate & lugubres: uel lucernas concinnant. uel succendunt focum.
pauimentum uerrant. mundant legumina. holerum fasciculos infer
uentem ollā deiciunt. & ponunt mensas. calices porrigunt. effundunt
cibos. huc illucq: discurrunt. & certe in monasterio inter uirginum
choros habitant. quib: huiuscemodi ministeria explenda relinquunt.
tamen nolunt uinci abhis labore corporum. aquibus uirtute animi
non uincuntur.

INCIPIT AD MATREM ET FILIAM

Interdum uirgo filia aui dua matre diuidtur. & in una urbe diuisis
habitant cellulis. ac procustodiendis facultatib: praesules sibi cle
ricos sumunt. ut maiore de decore iungantur aliis. quam a se fue
rant separatae.

DE LAUDE PAULINI

Si cuncta corporis mei membra uertterentur in linguas. & omnes
artus humana uoce resonarent. nihil dignum tanti uiri uir
tutib: dicerem. Nobilis est genere. sed multo nobilior scitate.
Potens quondam diuitiis. sed nunc xpi paupertate insignior. Inopia
praeluit opibus. & auro tecta fulgentia in formis luti ultimu
tauit. Cui ad omnium uirtutum testimonium hoc solum sufficit.